uitatum torquibus. cras humiliat ferreis
uinctum compedibus. amabilem hunc ad
modicum omnibus efficit. odibilem uero
paulo post facit et abhominabilem. Hodie
letificat. et cras lamentis eum et fletibus af
ficit. Qualem uero huius et finem imponit au
di. habitatores gehenne dilectores suos
perficit miserrime. talem habet intentionem
semper. taleque propositum. Neque recedentes
hinc lamentatur. neque remanentium
miseretur. Illos enim male seduxit. et retibus
suis conclusit. ad istos uero rursus artem su
am transferre conatur. nolens aliquem
suos effugere seuos laqueos. Itaque qui ta
li seruiunt duro et maligno domino et a bono
ac benigno mente perdita semet ipsos elon
gant. et presentibus inhiant negociis. et ex
tenentur astricti. nullam futurorum habent
memoriam. sed delectationes corporales in
cessanter desiderant. animas uero suas di
mittentes fame tabescere. et innumerabilibus
affici bonis. Similes esse arbitror homini fu
gienti a facie furentis unicornis. Qui
non ferens sonum uocis illius et terribilem
mugitum fortiter fugiebat ne deuorare
tur ab eo. Dum ergo uelociter curreret.
in magnum quoddam decidit barathrum.
Dum autem caderet manibus extensis ar
busculam quandam apprehendit. et fortiter
tenuit. et in base quadam pedibus impo
sitis. uisum est ei se in pace de reliquo fore
et stabilitate. respiciens ergo uidit du
os mures album quidem unum. alterum uero nigrum
corrodentes incessanter radicem arbus
cule quam apprehenderat. et iam prope erat
ut eam absciderent. considerans et ipsius
barathri fundum uidit draconem aspectu
terribilem. ignem spirantem. et feralibus
oculis aspicientem. osque terribiliter aperien
tem. et deuorare eum cupientem. Intuens

Pulchra similitudo

uero rursus basem illam super quam pedes
habebat firmatos. contemplatus est quatuor
aspidum capita de pariete prodeuntia ubi
consistebant. eleuans autem sursum oculos.
uidit de ramis arbuscule illius exiguum mel
distillans. Dimittens ergo considerare que cir
cumdederant eum mala. scilicet quoniam sursum
quidem unicornis horribiliter insaniens. que
rebat hunc deuorare. deorsum uero amarissi
mus draco inhiabat. deglutire eum. arbus
cula uero quam apprehenderat post modicum
erat excidenda. quod et pedes super lubricam
et infidelem basem statuerat. et tantorum ac
talium malorum oblitus. se ipsum dulcedini
illius modici mellis tradidit.
Hec similitudo eorum est qui seductioni presentis
seculi adheserunt. cuius expositionem mox dicam tibi.
Unicornis quidem figuram tenet mortis. que
semper persequitur. et comprehendere desiderat
genus humanum. Barathrum uero mundus
est iste. plenus omnibus malis et mortiferis la
queis. Arbuscula autem que a duobus muribus
incessanter incidebatur. quam apprehendimus uite
uniuscuiusque nostrum mensura est. que consumitur
et diminuitur per horas diei et noctis. et incisio
ni paulatim appropinquat. Quatuor uero aspides de
quatuor fragilibus et instabilibus elementis
constitutionem humani corporis significant. quibus
inordinatis et conturbatis corporis compago dis
soluitur. Cum huius et igneus ille atque crudelissi
mus draco terribilem figurat uentrem inferni
cupiens suscipere eos qui presentes delectatio
nes futuris preponunt bonis. Stilla uero mellis
dulcedinem significat delectationum mun
di. per quam seductor ille suos amicos non
sinit propriam prouidere salutem.
Hec ergo iosaphat ualde libenter suscepta pa
rabola ait. Quam uerus est iste sermo. et
quam bene coaptatus. Ne queso pigriteris ta
les semper mihi typos subrogare. ut sciam

Diligenter qualis est presens uita nostra et quorum
amicis sunt auctor sit malorum. De tribus amicis
Senex uero dixit. Rursus similes sunt amato
res secularium delectationum et qui harum
dulcedine illiciuntur atque futuris et stabi
libus fluida et fragilia preferunt homini qui
tres amicos habuit. quorum quidem duos precordi
aliter et affectuose honorabat ac uehementer
eorum caritate afficiebatur usque ad mortem
pro ipsis agonizans et periclitari desiderans. aduer
sus tertium uero multo ferebatur despectu. nec
honore neque decenti eum aliquando gratificans
dilectione. nisi quamdam modicam et exigu
am ad eum simulans amiciciam. Venerunt
ergo die quadam terribiles quidam ac precipui mi
lites festinantes celeritate multa. hunc ad im
peratorem ducere. rationem redditurum pro de
bito decem milium talentorum. Coartatus uero
ille querebat adiutorem ad subueniendum
sibi. in terribili rationis positione apud regem. Cur
rens igitur ad primum suum et pre omnibus
aliis carissimum amicum dicit ei. Nosti
o amice quomodo animam meam semper pro te
posui. Nunc autem indigeo auxilio tuo in die
ista detinente me necessitate. Quomodo ergo pro
mittis mihi nunc auxiliari. et que apud te re
posita mihi spes est dilectissime. Respondens ergo
ille ait. Non sum amicus tuus o homo. nec
scio quis sis. habeo enim alios amicos. cum quibus
oportet me hodie letari et amicos istos a
modo possidebo. prebeo tamen ecce tibi ciliciola
duo. ut habeas ea in uia qua ambulas.
que tamen michi tibi proderunt. et nullam aliam
spem a me prestoleris. hec audiens ille et dif
fidens de auxilio quod sperauerat ab eo ad
secundum perexit amicum. cui et ait. Recorda
re amice. quantum a me recepisti hono
ris et glorie. hodie uero in tribulationem corruens
et aduersitatem maximam auxiliatore opus
habeo. Quantum ergo uales mihi subuenire tec
indica michi. Ille uero ait. Non uacat mihi
hodie. ut tecum subeam agonem. curis enim
et ego ac sollicitudinibus circumdor et in tribu
latione sum. modicum tamen tecum pergam.
quamuis non tibi sit profuturum. ut domum
statim reuersus. propriis uacabo negociis. Va
cuis ergo manibus homo reuersus inde. et undique
destitutus lamentabatur se ipsum de uana
spe ingratorum suorum amicorum et de inutilibus la
boribus. quos pro illorum sustinuit dilectione.
Pergit et ad tertium amicum. de quo numquam
curam habuit. nec socium leticie sue aduo
cauit. et ait ad eum confuso et in terram uultu
demisso. Non habeo os loquendi ad te. Cog
nosco enim diligenter. quod numquam tibi beneficii nec
amicabiliter erga te me habui. Set quia aduersi
tas apprehendit me durissima. et nullam
spem salutis in ceteris amicis meis repperi. ve
ni ad te rogans. si est tibi possibile quodli
bet auxilium uel modicum impende ne
tardes memor ignorancie mee. Tunc ille
respondit ei hylari ac sereno uultu. Cer
te amicum meum karissimum confiteor te esse.
Et modici illius tui beneficii non immemor. cum
usura retribuam tibi. Ne timeas ergo nec formi
des. ego enim precedam te. ego interueniam
pro te apud regem. et non tradam te in manibus
inimicorum tuorum. Confide ergo dilectissime
et ne terreris. Tunc compunctus ille. dice
bat cum lacrimis. heu mihi quid prius la
mentabor. aut quid potius plangam.
uanum affectum meum reprehendam.
quem ingratis illis et falsis exhibui ami
cis. an amentiam meam plangam. quod
huic uero et germano amico nullam
ostendi familiaritatem.

Iosaphat autem et istum cum admira
tione sermonem suscipiens expositio
nem requirebat.

Tunc ait barlaam. Primus amicus utique Expo